



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XXXVI. Si Superior longè absit, & co[m]munionis tempus aduenerit, quid  
consilij ineundum sit poenitenti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

Porrò, si pœnitens habens casus reseruatos, priùs confiteri velit Parocho, quàm Superiori, nullius peccati, neque reseruati, neque nō reseruati cōsequetur Absolutionem.

Quare consultissimum est, primū omniū Superiorem adire, & facultatem petere, vt casum reseruatum liceat proprio Sacerdoti confiteri. Quod, si pœnitens id detrectet, Confessarius ipse Superiorem conueniet; vt ipsi liceat quendam pœnitentem, interim eum non nominans, à casu reseruato absoluere.

Hanc sententiam approbavit Concilium Cō. Trid. Tridentinum, dum inquit: In Ecclesia D E I Sess. 14.c.7 custoditum semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis; atq; idèo omnes Sacerdotes quoilibet pœnitentes à quibusuis peccatis & censuris absoluere possunt: extra quē articulum Sacerdotes cùm nihil possint in casibus reseruatis, id ynum pœnitentibus persuadere nitantur, vt ad Superiores & legitimos iudices pro beneficio Absolutionis accedant.

*Quid, si Superior longè absit, & com- Quæstio-  
munionis tempus aduenerit, quid con- XXXVI.*

*silij ineundum est pœ-  
nitenti?*

*Si nullum sit periculum scandali, differri Respoſtio-*  
*poterit & Communio & Confessio; Si*

G 2      verò

### *Caput III. De Qualitate*

verò magnum aliquod oborturū esset scandalum, poterit suo Parocho confiteri tam reseruata, quām alia, & eius consilio uti, promittēs se velle postea à Superiori Absolutionem petere; & sic cōmunionis particeps fieri poterit.

**Quæstio XXXVII.** *Si Superior adsit, & non fuerit tutum illi confiteri, nec copiam absoluendi velit facere Inferiori; quomodo sibi consulet pœnitens?*

**Respoſio.** *Q*uotiescūq; eiusmodi occurrit perplexitas, vt licitum sit, nō confiteri Superiori, tametsi inferiori nolit cōcedere facultatem absoluendi, poterit Eucharistiæ particeps fieri, haud sc̄us, quām si absolutus esset; *Quia* in tali casu censendus est non habere copiam Confessionarij: Caueat tamen pœnitens, ne friuolam non confitendi causam pro legitima habeat.

**Quæstio XXXVIII.** *Potestne Sacerdos cōfitens, ne sigillum Confessionis alterius reuelet, peccatum aliquod in Confessione sua propria reticere?*

**Respoſio.** *N*ON modò potest, verum etiam necessitas ei incumbit, ne sua Confessione alterius Confessionis sigillum reuelet. Verbi gratia,